



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Bvllae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

manipulo corporali, vel similibus, que non habent propriam formam. Unde secundum Pe. de Pal. de longo manipulo liceret facere stolam, & contra & cingulum ruptum possumus connectere, vel ex vna parte nos cingere. De casula dupla possumus facere duas, dum modo amba manent integra. Idem de stola dupla. Quis possit has vestes benedicere supra, Abbas. §. 8. infra, Consecratio. §. 12.

BENEDICERE non potest mulier, nisi ut bonus Christianus. cap. noua. de pen. & remis. quia que sunt ordinis, non cadunt in muliere. in d. capitul. noua.

BENEDICERE mensam, pertinet ad sacerdotem, & presente illo diaconus non potest, nisi esset Cardinalis, secundum no. 63. d. c. legimus.

BENEDICTIO aque est certi ordinis, secundum Inno. in c. i. de ex. pra. la. lib. 6. Ideo esset irregularis, excommunicatus, vel suspensus, illam benedicens. supra, Aqua. §. tertio. Secus si de benedictione mensæ, que non est ordinis. De benedictione aquæ. supra, Aqua. §. 1.

LIBER ecclesiastici non sunt benedicendi, secundum glo. in capit. de pigno. Quis potest calicem corporalia, & c. benedicere, supra, Abbas. §. 8. infra, Consecratio. §. 1. De benedictione nuptiarum, infra, Impedimentum. §. 61. Nuptiæ per totum. Vestes benedictæ à schismaticis sunt rebenedicendæ, secundum Pe. de Pa. 4. d. 24. licet illæ, cum quibus celebrantur, non sint rebenedicendæ, secundum eundem Petrum. ibi, sicut nec altaria, in quibus celebrare, reconsecrati debent. de sacram. non iteratid. capitulo, nobis.

BENEFACERE.

BENEFACERE tenemur, secundum preparationem animi omnibus, si tempus, necessitas, & facultas adsint: magis tamen, & prius propinquo, nisi tempore necessitatis magne, in qua plus extraneo quam propinquo tenemur, si in eo sit extrema ne-

cessitas & non in propinquo, secundum Thomam secunda secundæ, quaestione 31. 1. 2. & 3.

BENEFACERE non ex amore, sed timore, reputatur non benefacere. vigesima tertia, quaestione quinta, canone. ad fidem. infra, Eleemosina. §. primo. Malis in auxilium naturæ, non autem culpæ benefacere debemus. Thomas secunda secundæ. quaestione vigesima quinta, a. 6. Romæ. 12. lectio. 2. fin.

BVLLÆ.

BVLLÆ Papales, possunt deprehendi falsæ, comparando scripturam ad scripturam, modum distandi, chartam considerando, an sit rasa, & pulchra, an sint ibi in scriptura consueti tractus calami, & puncta solita fieri, si sigillum sit omnino completum & æquale, si Episcopus vocatur frater, & Cardinales fratres, & inferiores filij, si est veritas, vel falsa: & alia, de quibus Panormitanus de crimi. falsi. capitulo, quam graui. & capitu. licet. vbi nouem modi. notat. & de rescrip. per tot.

DE excommunicatione falsatorum infra, excommunicatio. 12. Si aliquid conceditur in priuilegio, quod ab omni æquitate deuiet, & à communi cursu priuilegiorum, præsumitur à se de Apostolica non emanasse, secundum Panormitanum in dicto cap. quam graui.

BENEFICIUM.

BENEFICIUM ecclesiasticum secundum Felinum in capitulo, in nostra. de rescriptis. est duplex, scilicet seculare, & religiosum à rectore. Nam seculare est, quod per clericum secularem, vel per plures fuit gubernatum, religiosum verò eodem modo per religiosum. Nec gubernatio alicuius secularis frangit præscriptionem præcedentis regularis, nisi esse per tempus annorum quadraginta, & fuisset ibi postus, ut mutaretur status, quod Episcopus facere potest, & secundum eundem Feli in impetratione debet fieri mentio, si sit beneficium seculare, vel regulate, ali-